

magis mores atque animos hominum, non frustra evenisse omnia
vitio suo iudicavi. atque ita michi a puer eo sententia animo
stetit ut, si honeste tutoque possim, patriam negem; quod certe
possum, non habitem; et quidem, cum illuc eo, quod tam invite
5 quam raro soleo, sic me illa semper iuvet ut non prius attigi quam
abesse velim: ita sunt omnia que me offendant^(a), sed nichil eque,
imo aliud nichil, quam vitia^(b) hominum. nam cetera quidem
bona sunt, neque ego eum^(c), qui et montana maritimaque tem-
perie et ubertate plurima celebris est, quique, si non alio ei munere
10 quicquam^(d) debeam, parentes habet, locum odi, sed homines. at
nichil quidem ad illud reddo^(e) nunc, quod malorum obicis ubique
hominum copiam esse. aliter enim ac velles contraque quam de-
berem, si ita ut est, dicerem. quapropter ea michi vox non casu
excidit, sed sponte; ac non sine dolore dicta est, « omnia ibi preter
15 « homines bona esse ». si enim ad ceteras quaslibet regiones confe-
ratur, vix ulla uberior, sed^(f) que meliores ad victim res pariat
reperi profecto nulla, ut opinor, potest. homines autem ii sunt,
quos ex me, nisi quid boni ex diuturna peregrinatione assecutus
sum, aut ex alio, si quem preter Sanctum ex concubibus meis nosti,
20 intelligere plane potes. eos vero parentes habeo, quos cives sui,
id quod non facile solent, bonos dicant; ego, ne quid nimis tribuam,
non omnino credam malos. hec si ab aliis dicerentur, obstarem
quo possem; si id minus, dolerem quidem, sed magis quod vere
ita dici posset. verum ego, quemadmodum solemus nostrorum
25 errores, ut verius perspicere, ita et liberalius carpere, cum concive
meo ac meo quoque sanguinis et animi necessario agens, largius
fortasse quam decuit, strictius profecto quam in re sit, de com-
muni patria locutus sum. quem sermonem non vereor tanti apud
aliros fieri ut, auctori superstes, infami esse sigillationi loco illi possit,
30 quem, ut neque moribus meis, quod tu michi ascribis, ornare, ita
nec oratione labefactare possum; vereor ne se magis ipse suorum
hominum pravitatibus sedet. potuere id multi antehac, ut non modo
homines, verum ut urbes^(g) et regna sempiterna notarent in-

e ciò per colpa
de' cittadini sco-
stumati.

Perciò s'era sin
d'allora deciso di
rinnegar la città
sua, o, per lo me-
no, di non abitarvi
mai; a malincuore
vi si reca, e, non
appena giuntovi,
vorrebbe già an-
darsene.

Non odia però
il sito, ché desso
è ameno e fertile
quanto altri mai,
benal gli abitanti;

fra cui quanti sia-
no i malvagi è me-
glio non discutere.

Quindi con ram-
marico dichiarava
« tutto esservi buo-
« no tranne gli uo-
« mini ».

Quali invero essi
siano, Giovanni lo
saprà, se mai ne
ha conosciuto qual-
cheduno, Santo sol-
lamente del tutto
eccetto.

De' genitori suoi,
da costoro chia-
mati buoni, dirà
solo che non li
crede cattivi.

Tale adunque è
la verità penosa;
e forse, corrispon-
do con Santo, egli
oltrepassò il segno,
e fu fin troppo
severo.

Senonchè, non te-
me che le sue pa-
role possano ap-
porre a quel luogo
una nota d'infamia;
teme anzi che non
s'insozzi da sé.

Che se ciò fu
possibile ne' tempi

(a) *G* offendunt (b) *B* nihil unquam vitia *G* in marg.: « unquam in CP ». *MP* pro-
pose ut quam (c) *G* neque ego sum (d) *B* munere quicquid (e) *B* reddeo (f) *G* sed
corr. in aut nell'interlineo. (g) *P* verum et urbes